



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 45. Secunda Formula Sirmiensis. Lapsus Osii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. verat, at pro pervicaci Romanorum in-
 A. C. 357. genio satis videbatur, pernicioſe licen-
 L. I. ibid. de tiæ modum posuisse. Eodem anno Con-
 Lustr. coll. stantius Legem condidit Clericis, quos
 I. XIII. &
 ibi Gothof. Copiates dicebant, id est, mortuorum
 Sup. n. 10. sepulturam curantibus faventem; hos
 privilegio particulari a contributione lu-
 trali, quam mercatores omnes pende-
 bant, exemit.

§. XLV.

*Secunda formula Sirmiensis. Lapsus
Oſii.*

Amm. XVI. Imperator, non diutius mense uno Ro-
 10. mæ transacto, inde 29. Maji profectus,
 Mediolanum rediit, ibique usque ad men-
 sem Decembrem moratus, deinde in Il-
 lyricum transiens, Sirmii substitit. Tunc
 Idat. fast. Ariani fidei formulam fabricarunt, quæ
 Pagi 357. dicitur secunda, quod jam antea in ea.
 n. 2. ap. Hila. dem urbe priorem condidissent; præci-
 de Syn. p. 323 ap. Ath. de puus hujus formulæ creditur fuisse Au-
 Syn. p. 902. tor Potamius Episcopus Olyssiponensis,
 ap. Socr. II. cujus initium ita sonat: *Cum viſum fu-
 c. 30. ſet de fide traſtare, omnia ſollicite ex-
 minata, & explicata ſunt, sanctissimi-
 fratribus noſtriſ Valente, Ursacio, &
 Germiniano præſentibus. Conferrere o-
 mpes, unicum dari Deum, Patrem om-
 nipotentem, ſicut in universo orbe cre-
 ditur, & unum ſolum JESUM Christum,*
Filiū

Filium ejus unicum, Dominum nostrum, Sæculum IV.
 Salvatorem nostrum, ex eo genitum ante Sæcula. Neminem posse, aut debere duos Deos credere, cum ipse Dominus

A. C 357.

dicat: *Ibo ad Patrem meum, & Parentem meum*. *Ioan. 20.7.*

trem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum! Hoc ab auctoribus hujus formulæ adductum argumentum prodit, ipsos ex hac una causa Dei unitatem extollere, ut Patri soli, excluso Filio, divinitatem attribuant. Magis perversus eorum sensus perspicitur, dum dicunt:

In omnia alia facile consensimus, nisi quod aliqui, etsi parvo numero, scandalizarentur vocabulo substantiæ, quod græce dicitur OUSIA, id est, ut clare loquamur, vocabulis HOMOOUSION, aut HOMOIOUSION; hinc optimum factu visum, si haec voces omnino omitterentur, partim, quod in Scriptura non Isai. 53. 8.

inveniantur, tum quod generatio Filii supra omnem hominis captum sit. Hic potissimum hujus formulæ venenum latet; dum enim dicere vetant, Filium

Hilar. de Synod. p.

322.

esse consubstantiale, innuunt, alterius esse substantiæ, aut, sicut aliæ creaturæ, ex nihilo esse productum. Subjungunt:

Nullus est dubitandi locus, quin Pater sit major bonore, Dignitate, Gloria, Majestate, vel ipso Patris nomine, cum dicat Filius: Qui misit me, maior me est. Et omnes sciunt, hanc esse Do-

Ioan. 14.28.

Yy 2 Erinam,

Sæculum IV. & trinam Catholicam; duas dari Personas, Patris, & Filii, Patrem esse maiorem, & Filium subditum cum iis omnibus, quæ ei subjicit Pater. Patrem esse absque Principio, invisibilem, immortalē, impassibilem, econtra Filium esse ex Patre natum, Deum de Deo, Lumen de Lumine. Qui ex Virgine Maria corpus, id est, hominem assumpsit, per quem, & quocum passus est. Omnes hæc voces eo collimant, ut Filium natura a Patre alium, imo & passibilem affirment.

Libell. Marcell. & Faust. Potamius, hujus formulæ auctor, erat Episcopus Olyssiponensis in Lusitania; p. 34. is, postquam fidem Catholicam defendebat, prodidit, ut fundum, quem possidebat, vehementer cupiebat, a fisco obtineret. Osias viri perfidiam Hispaniæ Ecclesiis aperuit, eumque, ut hereticum damnavit; hinc illæ Potamii querelæ apud Imperatorem Constantium contra Osium, illisque Potamius exinde se junxit, qui in Senem venerabilem persecutionem moverunt, cui tandem succubuit, circa hoc enim tempus lapsus est. Jam anno integro Sirmii fuerat Osias, qualis in exilio; Imperator ipsius odio omnes ejus propinquos persecutus, tantum virum nulla habita ætatis, Dignitatisque ratione aperte violare non est veritus; quippe Osias centenario major erat, & sexto.

Athan. de Fug. p. 703.

704.

sexaginta & ultra annorum Episcopus, Sæculum IV.
 in ultima persecutione Christianorum sub A. C. 357.
 Ethnici Principibus Confessor; hunc Soc. II. hist.
 coeteri Episcopi venerabantur, ut Pa. c. 31. Sulpit.
 trem, atque a multis annis in omnibus Sev. lib 2. p.
 Conciliis Præsidis munere functus erat; 417. Athan.
 nihilominus jubente Constantio verberi- Apol. 2. p.
 bus affectus est, & magnis cruciatibus, 807. Sozo.
 donec labefactato per corporis infirmita- Athan. ad
 tem animo cessit ad tempus, formulam sol. p. 481.
 a Potamio concinnatam, manu sua signa-
 vit, & in Concilio, quod tunc Sirmii age-
 batur, cum Ursacio, & Valente commu-
 nicavit; at S. Athanasii condemnationi
 non subscripsit. Ita recuperata liberta- Philostorg.
 te, ad Sedem suam in Hispaniam moritu. IV. c. 3.
 rus rediit. Culpæ suæ non diu supervi-
 xit, sed & eam pœnitentia delevit, nam
 morti proximus, ad modum testamenti Athan. ibid.
 contra vim sibi factam protestatus est,
 hæresin Arianam devovit, omnesque Fi-
 deles, ut eam detestarentur, hortatus est.

§. XLVI.

Lapsus Papæ Liberii.

Liberius Papa duos annos in exilio Liber. ep. 10.
 transegerat, atque, crescente adver- ad Vinc.
 sariorum furore, unicum ejus solarium,
 Urbinum Diaconum, quem apud se ha-
 bebat, eripuerunt. Fortunatianus Epis-
 copus Aquilejensis primus fuit, qui ejus

Yy 3 con-